proprietate poſſit cum aliquo monacho diſpenſare. quia
abdicacio proprietatis ſicud et cuſtodia caſtitatis adeo
eſt annexa regule monachali. ut nec contra eam
nec ſummus pontifex poſſit licenciam indulgere. Et ex
concilio lateranensi peculium prohibetur. niſi ab abbate fuit
ei pro iniuncta adminiſtracione permiſſum. Quod primum igitur propo
ſitum per proprietarios excludendum. ut ſi recepta capiatur.
tunc tractant doctores tam canoniſte quam theologi de condicionibus
appoſitis in decretalibus. li. iiij° c. vlt. vbi glo. ordinaria
bernhardi videtur velle. quod apponitur condicio que est con
tra matrimonii contractus. ipſum impedit. ſicud primus caſus dicit
ut profitear talem religionem ut proprium habeam vel
matrimonium contraham. Sed theologi ſubtilius ſpe
culantibus tres in pluribus concluſis religionis et verius
dicunt quod reputatur condicio et teneat monachatus
ſicut in matrimonio ut in eodem capitulo. Racio diuer
ſitatis quia ex profeſſione obligatur quis deo et
abbas tamquam miniſter dei illam obligacionem
recipit et deus tali proteſtacioni non conſentit nec
illi condicioni. Sed in matrimonio obligatur quis
homini et fit deterioris condicionis quia obligatur
ad ſeruitutem coniugis. in profeſſione vero fit homo me
lioris condicionis quia dei fit filius. Item faciens
profeſſionem ſcit ex regula ſibi tribus vicibus in anno
probacionis lecta ad quod ſe obligauit. cum ma
nifeſte vicium proprietatis ſit interdictum. igitur ſic
ta eſt iſta prima excuſacio. Cui conſimile dicte ſimi
lis ſi coniugatus mortuus reſuſcitaretur non obliga
retur redire ad priſtinam vnam vxorem quia ſecundum
corpus erat mortuus uxori et ſecundum apoſtolum ſolu
ta eſt a lege viri. Si vero monachus reſuſ
citaretur oporteret eum reuerti ad priſtinam re